

Gerhardus.

Gerhardus archiepiscopus Maguntinus regnavit 6 annis. Idem edidit multa statuta provincialia et synodalia electa et dedit clero multas et magnas libertates.

Wernherus.

Wernherus archiepiscopus Maguntinus regnavit 14 annis; anno Domini 1225¹ fuit electus. Idem edidit multa et magna et electa statuta provincialia ac visitacionem et bene rexit ecclesiam Maguntinam. Obiit 1284.

Heinricus.

Heinricus archiepiscopus Maguntinus, qui nominabatur der Knodener, regnavit unum annum et ebdomidas 45 et 5 dies et obiit 1288, 15. kal. Apprilis².

Gerhardus.

Gerhardus archiepiscopus Maguntinus regnavit 6 annis. Obiit anno Domini 1290³.

Petrus.

Petrus, natus de Treveri, archiepiscopus Maguntinus, regnavit 14 annis et 5 menses. Obiit anno Domini 1320, pridie⁴ nonas Junii. Idem eciam edidit multa et magna statuta provincialia et rexit ecclesiam honorifice et multipliciter precioso ornatu eam decorando, videlicet sede episcopali auro et lapidibus preciosis cum cristallis⁵ capitibus adornata, quam a Bohemie regno transtulit, et sibi a quodam rege ibidem per eum coronatum propinata⁵. Qui eciam montem sancti Michahelis, videlicet domus Carthusiensium, honorifice construxit et dotavit.

Mathias.

Mathias de Buchseck⁶ archiepiscopus Maguntinus regnavit 12 annis. Obiit anno Domini 1328. Idem edidit multa bona statuta provincialia et synodalia. Fuit monachus professus sancti Benedicti.

Post mortem Mathie.

Item post mortem ipsius domini Mathie, dominus Baldewinus archiepiscopus Treverensis fuit amministrator ecclesie Maguntine ad tempus.

Heinricus.

Heinricus archiepiscopus Maguntinus, qui nominabatur Buseman, regnavit anno Domini 1342 et citra, videlicet 15 annis, et depositus tandem fuit anno 1353 in die beati Thome apostoli.

richtet, der erste Satz ein an falsche Stelle gerathener Zusatz, der im zweiten, im Eberb. fehlenden Satz berichtigt wird. W. 1) Falsch; es müsste 1259 heissen. Der Cod. Eb. hat gar nichts davon. 2) Cod. Eb. gibt nur an 'regnavit uno anno' und lässt das Monatsdatum aus. 3) Die Notizen aus Ann. Mog. fehlen in der Mainzer Handschrift. Er starb 1305. 4) '1320 annis pridie' Mog. 5) So beide Hss. 6) Cod. Eb. hatte, wie hier und Succ., 'Buchseck', s ist dann radiert.